

lita ad victoriam. Quod enim omnes dicunt, non verba, sed sensum exprimere voluisse, factore mihi satis facere non posse. Nam nec idem videtur esse sensus, & videtur esse, tam enim hic obscurior certe, quam ille est, & non est vero simile Evangelium dilucidioris prophetæ sententiam alia obscuriori sententia expressisse. Itaque cogor meam lectori coniecturam indicare, doctioribus vero indicandam relinquere. Suspiciamus fueram aliquando Mattheum non pura, & antiqua Hebræorum lingua, sed corrupta illa ex Chaldaica, & Syriaca, quæ Christi tempore in usu erat, Evangelium scripsisse, & pro מתי dixisse מתי או מתי, quod & veritatem, puritatem, innocentiam, & victoriam significat; interpretem vero Græcum non veritatem, ut est apud Isaiam; sed victoriam, alteram vocabuli significationem secutum conuertisse. Consilium hæc scriberem Syriacum Evangelium, compertique red me diuina sententia מתי scriptum inueni, quod & ad innocentiam, & veritatem, & ad victoriam potest significare.

21. Et in nomine eius gentes sperabunt.] Duobus verbis Mattheus hic videtur à propheta discrepare. Primum, quod מתי in lege eius, dicit, in nomine eius. Hæc enim omnes dicunt eandem esse sententiam. Quod est non satis intelligo, quia omnium tamen opinio est, refutare nolo. Tantum dico, quod in lectioibus veteris, ac noui Testamenti adnotari, magnam mihi apud Septuaginta vitiati loci suspensionem esse. Nam pro מתי in lege eius, non credo nos veritatem, sed מתי in nomine eius, sicut nunc legimus, sed מתי in lege eius, & legitur Hebræe. Nominum autem similitudinem erroris fuisse causam, vt amanuenses pro מתי scriperint. Similem enim errorem in iisdem duobus vocabulis alius etiã locis obseruauimus. Math. igitur Græcus interpret Septuaginta securus pro lege nomen posuit. Deinde discrepat, quod מתי insulæ, dicitur gentes. Sed hoc discrimen leue admodum est. Insulæ enim propheta remotissimas quas gentes appellauit, quia insulæ à continente remotæ sunt, sicut poeta dixit, & toto diuisis orbe Britannos: vt apud eundem prophetam cap. 49. 1. audite insulæ, & attendite, & 51. 5. me insulæ expectabunt, & 60. 9. & 66. 19. mittam ad insulas longe ad eos, qui non auertunt de me.

22. Tunc.] Cum è synagoga egressus esset, Auditor imperfectus, & Reing, vel non significatur certum, & designatum tempus, vt putat Euthymius. Quamquam Marcus cap. 3. 20. videtur dicere id accidisse, simul atq; egressus è synagoga in domum venit. Monendus mihi lector est, non esse hanc illam h. floriam, quæ à Luca c. 11. 14. narratur, vtpile que interpretetur putant. Nam de eo dæmonio ca. 9. 32. Mattheus scripsit, & nos hanc illius opinionem probauimus.

Cæcus & mutus.] Dubium, vtrum natura, aut morbo, vt sentit Hieronymus videtur, an dæmonis maleficio, vt Chryso. & Theoph. cæcus & mutus fuerit. Credibilis tamen est dæmonem auditum, & visum illi ligasse, vt neque audire, nequedepellere posset: indicat enim Euangelista sola eum dæmonis eiectione auditum, visumque recuperasse, quali prius nulla causa, quod minus videtur, videretque nisi dæmon impediisset.

23. Numquid hic est filius David.] Id est Messias ille toties promissus, tam diu expectatus, qui ex genere Davidis futurus creditur. Vide que diximus c. 1. 24.

24. In Beelzebub.] tanquam diaboli minister, magis artibus. Vide c. 9. 34. & 10. 25.

27. Filii vestri.] Plerque recentiores interpretes existimant Exorcistas illos Iudæorum significari, quorum artem quandam à Salomone traditam fuisse Is. antiquæ. c. 2. Iosephus scripsit: & de quibus Lucas in Actis Apostolorum c. 19. 13. mentionem

Iudæorum Exorcista.

facit. Filios autem Phariseorum appellari, quod Iudæi essent, vili, & aliquando eorū filii. Argumentum vero esse, cur potius me, quam filios vestros dicit in Beelzebub eiecere dæmonia, cum vtrique eiciamus seur de me eum eum idem faciam, de illis bene iudicatis? Veteres de Apostolis hoc dictum putant. Hilarius, Chryl. hom. 41. Anctorimperf. 29. Hier. Theop. & Euthy. ad quorum sententiam libentius accedo, nisi quod plus Christi, quam illi dicunt, arbitror significare voluisse. Apostoli enim in nomine Christi dæmonia eiciebant Luc. 10. 17. argumentatur ergo Filij vestri, id est Apostoli, qui ex populo vestro sunt, in quo dæmonia eiciunt? nonne in nomine meo? Si ergo illi non in nomine Beelzebub sed in nomine meo dæmonia eiciunt, quomodo dicitis me in nomine Beelzebub eiecere? Nam si illi in tuo nomine eiciunt, maior ego dæmonibus sum, cuius nomine, virtuteque pelluntur: non ergo in nomine Beelzebub ego eicio: nã si Apostoli mea virtute eiciunt: quæ negare non potestis, multo magis ego, cuius est virtus.

Ideo iudices vestri erunt.] Quia sedebunt super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel c. 28. Hier. Quamquam ego de alio iudicio agi puto, quod Theologi comparationis vocant. Iudices enim eorum erunt, quia in illo vltimo iudicio apparebit Apolos in nomine Christi dæmonia eiecit, quod cum viderent, & credidissent Pharisei, tamen Christum ipsum, quem potius magis credere debebant propria virtute dæmones eiecere, in Beelzebub eiecere dixerunt: sicut ver. 41. & 42. ait. Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: & Regina Aushyri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit a sinibus terre audire sapientiam Salomonis.

28. Peruenit in vos regnum Dei.] Seipsum, & aduentum suum regnum Dei vocat, quia initium vlti regni Dei, & aditum nobis ad illud patefecit, Hieron. Chryso. & Theoph. argumentum hoc est, si autem in spiritu Dei, vt superiore argum. entoprobatum est, eicio dæmonia, ergo verum est, quod ego, & Apostoli mei, & Ioannes predicamus appropinquasse, & venisse regnum Dei. Nam Spiritus sanctus, qui miracula per nos operatur, nostram predicationem veram esse testatur.

29. Aut quomodo potest quisquam.] Facilis sensus, quomodo postquam ego diaboli de possessione sua deturbare, id est ex hominibus eiecere, nisi fortior sit illo? Nemo enim in domum fortis intrare potest, & illam spoliare, nisi fortior, & superior illo sit, vt post se prius eum armis suis exuere. Fortem vocat מתי quem Septuaginta gigante solent veterem, domum autem fortis vocat arcem, quæ à gigante custoditur. Fortem intelligit diabolum, quia non est potestas super terram, que comparetur ei. Job 41. 24. Non est nobis colluctatio, inquit Dominus Paulus, aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundum, & vires. Ephel. 6. 12. Dominus enim intelligit mundum, in quo antequam Christus veniret, dominabatur, quem, vt significat superioribus verbis D. Paulus, vis regebat arbitrio. Vasa autem eius, non arma, vt multi interpretantur, fasa spolia & supellectilem, prius enim ligat, deinde vasa eius, id est supellectilem domus eius diripit, & Lucas c. 11. 22. arma ab spoliis separauit. Supellectile autem diaboli vocat miseræ animas, quas sub captiuitate detinebat, quasq; Christus illi eripuit, & ascendens in altum captiuas duxit captiuitatem. Pla. 67. 19. & Ephel. 4. 8.

30. Qui non est mecum, contra me est.] Primum quærendū, de quo Christus loquitur. Hilari. c. 12. Chryl. hom. 42. Hier. Auditor imperf. Bedæ, Euthy. Theoph. de diabolo loqui existimant. quasi sensus sit, tunc abest, vt diabolus amicus mihi sit, cuius nomine dæmones eiciat, vt maxime mihi sit aduersarij. Melior mihi

Iudicium comparationis.

michi alter videtur interpretatio, quæ etiam Chryl. & Theophylactus afferunt, vt de Phariseis hoc dictum sit. Quorsum autem ita de illis Christus loquitur, non satis compertum apud interpretes inueni. Videtur tamen mihi Phariseorum hypocrysis reprehendere voluisse, qui cum fingerent se Christo non aduersari, sed tantum gloriam Dei, & legis obseruationem asserere, maxime tamen illi aduersari bonam, & fructum eius bonum, aut facie arborem malam, & fructum eius malum. Volebant Pharisei in causa Christi iudicari haberi: ad se enim pertinere de religione ac miraculis iudicare: ideo indifferentes videri volebant, quasi nec pro Christo, nec contra Christum essent, quam maxime illi essent inimici; vt suam inuidiam simulata boni iudicij persona occultarent. Hanc illis Christum personam detrahit. Ne inquit, erretis, & de alios fallatis: etiamsi, quod simulatis vos non esse pro me, neque contra me, verum esse; tamen ob id ipsum ellicis reprehendendi, quia, qui non est mecum, contra me est. Quid ergo atinet disimulari est minor erit culpa, si vos mihi palam aduersarios esse profiteamini; aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut arborem malam, & fructum eius malum. Quomodo autem hæc sententia vera sit, qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, spergit, aut quomodo cum illa conueniat, quæ apud Lucam est cap. 9. 50. qui non est aduersus me, pro vobis est, dubitare lector potest. Sunt, qui ad solos referant Phariseos; quasi non vniuersæ, sed in illis tantum vera sit in aliis vero, quæ apud Lucam est locum habeat, qui non est contra vos: pro vobis est. Non probat; nam est propter solos Phariseos hoc dictum est, non in illis tantum solis verum est: sed in omnibus, in quibus eadem reperitur ratio. Debebat Pharisei, quia legis scientiam profitebantur: primi omnium Christum recipere, ac pro illo esse; qui autem pro illo esse debebat, & pro illo non erat, contra illum erat. Non potest rex deus, qui ad regnum suum non pertinet, dicere, qui non est mecum, contra me est: de suis autem subditis potest. Non solum enim, qui regem suum impugnat: sed etiam, qui pro eo, cum debet, ac necesse est, non propugnat, sed maiestatis reus est. Omnes ergo qui Christum recipere debebant, siue Pharisei, siue alij, si non recipiebant, contra illum erant. Debebat autem omnes cum primis Iudæi. Nam Gentiles, qui eum nec viderant, neque auiderant; si non erant contra illum, pro illo erant. Nihil enim aliud apud Lucam significat, nisi eos, qui pro se esse non debeant, si contra se non sint, esse pro se. Nam, qui Christum non persequitur, quamuis nondum ad illum venerit, tamen non longe abest à regno celorum, & vt perueniat, aliquem videtur fecisse gradum. Quamquam ille, de quo eo loco Christus loquebatur, vere pro illo erat, quia dæmonia in nomine eius eiciebat; sed loquitur ex suorum discipulorum opinione, qui non putabant pro se esse, nisi qui secum, non doctrina, sed pedibus ambularent. Videmus inquit: quædam in nomine tuo eiciebant dæmonia, qui non sequitur nobiscum: & prohibemus illum. Nolite, inquit Christus, prohibere: qui enim non est contra vos, id est, qui eadem, quæ vos docet, ac facit; etiamsi, quia vos non sequitur, pro vobis esse non videtur; pro vobis est: quia doctrinam, factaque vestra confirmat.

31. Ideo dico vobis.] Causalis dictio non refertur ad ea, quæ proxime præcesserunt: sed ad ver. 24. Hic enim eicit dæmones, nisi in Beelzebub principe demoniorum, vt constat ex Mar. 3. 30. quoniam, inquit, dicebat spiritum immundum habere.

Spiritus autem blasphemia non remittetur.] Id est, blasphemia contra spiritum sanctum, vt explicatur v. sequenti & Mar. 3. 29. & Luc. 12. Exiit ex hoc loco maxima questio, vt D. quidem Aug. nullam in scriptura maiorem esse putat, ser. 11. de ve. Dom. Questio-

nis duæ partes sunt altera, quod sit peccatum contra spiritum sanctum: altera quomodo nec in hoc seculo, nec in futuro remittatur. Primum, quæ peccatum in spiritum sanctum non dicit, quod contra spiritum sancti personam est, vt recte D. Aug. admonuit: nam nullum peccatum magis contra spiritum sancti personam esse poterat, quam Eunoimianorum, qui spiritum sancti diuinitatem negabant: tamen inter peccata in spiritum sanctum non numerabatur: quod enim Eunoimiani, vt ait Chryl. ad Ecelesiasticum venientes recipiuntur: & illud, cuius causa hæc à Christo sententia pronuntiata est, non contra personam spiritus sancti, sed contra Christi personam erat: dicebant enim eum spiritum mundum habere: & in Beelzebub principe demoniorum eiecere dæmonia. Illud etiam certum, peccatum in spiritum sanctum non semper omnium peccatorum esse grauissimum: nec propterea non remittitur in hoc seculo, nec in futuro: quod cæteris maius sit. Nam Sadducei, qui spiritum sanctum esse negabant: & athei, quibus hodie plenus est orbis, haud paulo magis peccant, quam qui dubitant, an dæmonia à malo, an à bono spiritu eiciantur. Certum etiam, quod idem adnotauit August. non de omni peccati in spiritum sanctum genere Christum hic agere, sed de eo tantum, quod in contumeliosis consistit verbis: hoc enim blasphemia nomen significat hoc statim ver. 31. explicatur, qui cumque dixerit verbum, Tametsi quinque dixerit in locis diuersis opiniois secutus est. Alias dicit peccatum in spiritum sanctum esse finalem, quam vocant impenitentiam, vt li. de fide ad Petrum c. 3. & li. de vera & falsa penitentia c. 4. & ser. 11. de verbis Domini. Alias in spiritum sanctum peccare qui in ecclesia remittit peccata non credens contemnit tantam diuini muneris largitatem, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, vt Enchir. cap. 83. Alias per malitiam, & inuidiam fraternam oppugnare caritatem post acceptam gratiam spiritus sancti, vt li. de sermone Domini monte. Alias peccatum in spiritum sanctum esse desperationem indulgentie Dei, in commentariis inchoatis in epistolam ad Romanos, quem Bacchiaris eiusdem auctoris etatis in epistola de recipiendis lapsis secutus est. Ex quibus nulla blasphemia est, nec sunt verba, sed facta. Alias propius ad veritatem, scienter opera spiritus sancti demoni tribuere, vt in qq. ex viroq; Test. q. 102. Vnde vulgaris Theologorum opinio nata, lex peccati in spiritum sanctum genera ponentium, finalem impenitentiam, desperationem, obstinationem in malo, scienter veritatem impugnare, præsumptionem, & fraternæ charitatis inuidiam. Nouatiani vero peccatum in spiritum sanctum interpretabantur Christum negare, vt suum confirmarent errorem, eos, qui Christum negassent: non esse ad penitentiam recipiendos, vt auctor August. est q. 102. ex viroque Test. Alij etiam, vt opinor, Nouatiani, omne graue peccatum, quale homicidium, & adulterium post baptismum commissum peccatum in spiritum sanctum appellabant, vt idem refert Aug. ser. 11. de verbis Domini; quod & Origenem & Theognostum veteriores auctores ante diem, scribit in homi. ad hunc locum Athanasius. Alij negare Christi diuinitatem, sicut Pharisei negare videbantur, vt Hilari. can. 11. Ambrosii. 7. in Lucam. Alij negare in baptismo, & Eucharistia cæterisque Ecclesiasticis sacramentis per gratiam spiritus sancti peccata remitti, vt Bedæ in hunc locum. Alij generalius hæreticum esse, esse peccatum in spiritum sanctum, vt Philastrius interpretatur in hæresi Rethorij. Molestum fortasse lectori est tot audire sententias; recitanti tamē, quia semper existimauit in rebus grauioribus paritē esse aliquam eruditionis, quid boni scilicet inuentores, non ignorare. Nec omnes tamen, quas inueni,

Quædam in spiritum sanctum peccatum appellatur prima questio.

comme-

commemorati; sed quae magnos habent auctores, A
qui hoc digni sunt honore, ut etiam aliena dicen-
tes attente, ac reuerenter audiantur. Verus sensus
non aliunde, quam ex hoc ipso loco eruendus. Vi-
demus quia occasione hoc Christus dixerit, quia di-
cebant Pharisei eum in Beelzebub eiecerit demonia,
manifesta Spiritus sancti opera demoni tribu-
entes; hoc ergo est peccare in Spiritum sanctum. A-
nimaduertimus etiam Christum non dicere, qui-
cumque dixerit verbum in patrem; neque, quicum-
que dixerit verbum in filium; sed quicumque dixerit
verbum in filium hominis; ex quo intelligimus illum
de se, non tanquam de Deo; sed tanquam de homi-
ne loqui, eumque in filium hominis verbum dice-
re, qui humana deceptus specie, aut offensus infir-
mitate de illo infirmitatis dignitate sentit. ac loqui-
tur: deoque veniam meretur, quia peccati excusati
B onem aliquam habet: qui vero manifesta Spiritus
sancti opera demoni tribuit, non meretur, quia nul-
lam potest peccato excusationem obtendere. Vn-
de altera quaestio pars facile intelligitur, cur pec-
catum in Spiritum sanctum nunquam remittatur:
non videtur propterea quod remitti non possit: te-
nenda enim est regula fidei, quae nullum peccatum
esse docet, quod a Deo remitti non possit, neque pro-
pterea, quod nunquam remittatur; sed debile enim
est aliquis etiam excillis, qui tunc Christum dice-
bant in Beelzebub eiecerit demonia, postea resipui-
isse; sed propterea quod, qui in Spiritum sanctum
peccant, nullam peccati excusationem habeant, ideo
eumque natura sua veniam non mereantur, ideo
enim plerisque peccatis aut ignorantia, aut infirmi-
tas, si non omnino, aliqua saltem ex parte culpa ex-
culat. Misericordiam, inquit D. Paulus 1. Tim. 1. 13.
consecutus sum, quia ignorans feci: & ipse cognouit signum
nostrum, recordatus est, quoniam pulvis sumus, Psal.
102. 14. Spiritus valens, & non rediens Psal. 77. 39. At in
peccato in Spiritum sanctum nihil eiusmodi, quod
culpam eleuet possit, reperitur. Haec est vera hu-
ius loci interpretatio, non quidem mea; sed Atha-
nasilij in hom. in haec verba, Pacianij epist. 1. Ana-
stasij q. 68. in script. Basilij interro. 273. in reg. breuior.
Ambrosij lib. 2. de poenit. c. 4. Hieron. in comment.
Quoniam ex ijs alij, cur peccatum in Spiritum
sanctum non remittatur, alias rationes afferunt; in
eo tamen consentiunt, peccatum in Spiritum sanctum
idem esse, quod explicauimus. Eodem fere
dic, quod Chrysolomus ait, ideo dici nunquam re-
mitti, quia difficilius remittitur. Sed melius, vt di-
ximus alij, quia natura sua eum excusationem nul-
lam habeat, remitti non potest; sicut alio loco Chri-
stus dixit, impossibile esse, vt diues in regnum cae-
lorum intret; non quod Deo; sed quod natura sua
impossibile sit. At omnia peccata mortalia, dicit
aliqui, eiusmodi sunt, vt veniam natura sua non
mereantur: cur enim, quae mortalia non sunt, veni-
alia dicuntur, nisi quia veniam merentur? Si igitur
illa ideo venialia sunt, quia merentur, haec quae
venialia non sunt, non merentur. Respondeo nul-
lum peccatum mortale natura sua veniam mere-
ri; sed alia, si eum hoc componentur, quia aliquam
excusationem pra se ferunt, digna videri venia. Id-
circo hoc solum esse, quod nunquam natura sua
remitti possit: sicut multi sunt alij, praeter diuites,
qui suis viribus in regnum caelorum intrare non
possunt, sed ideo de solis hoc diuitibus dictum est:
quia plus habent diuitiis onusti, atque graui im-
pedimenta. Hinc sequitur, quamuis Christus de
sola blasphemia, id est contumeliosa in Spiritum
sanctum verba loquatur; eius tamen sententiam,
non in blasphemia solum, sed in omnibus omni-
no peccatis, in quibus eadem est ratio, veram esse.
Quale est, si quis non verbo, sed facto, aut animi
eogitatione Spiritus sancti opera demoni tribuat,
ita hoc genere nostri temporis haeretici peccant,

Peccatum in
spiritum san-
ctum quomodo
non remitti-
tur, 2. quae

Matth. 19. 23.

miracula, quae in Ecclesia Catholica fiunt, illaque
maxime, quibus per exorcismos, & Eucharistiam
demonia expelluntur, aut non credentes, aut ma-
giam interpretantes. Nam, vt Pharisaei Christum, ita
illi Christi corpus, quod est Ecclesia, persequuntur,
nec credunt, quae facta, vera esse miracula. Multo hoc
loco haeretici refutantur; Eunomij, qui Spiritus
sancti negabant diuinitatem, quos Ambrosij lib. 1. de
Spiritu sancto c. 3. inde refellit, quod omnis blasphem-
ia hominibus remittatur; blasphemia autem in
Spiritu sanctum non remittatur; Sabelliani, qui
tres in Deo personas confundebant, cum hic per-
sona Filij, & Spiritus sancti adeo distinguantur, vt
qui in illum peccat, veniam obtineat; qui in hunc,
non obtineat; Caluinista & Lutherani, quos nec-
dum natos Augustinus lib. 21. de ciuit. c. 24. & lib. 6.
contra Iulian. c. 7. & Greg. lib. 4. Dial. 39. & Beda
in commentariis huius loci, & Bern. serm. 66. in
Cantica refutantur; hi enim ex hoc loco purgato-
rium probauerunt, ex eo, quod dicitur verficul. 34.
Qui dixerit verbum in Spiritum sanctum, non remitte-
tur ei, nec in hoc saeculo, nec in futuro, colligentes, aliqua
in futuro saeculo peccata remitti. At ridendi; quid
nam? etiam Pharisaei dicta, factaque Christi ride-
bant. Dicunt phrasim esse, quae nihil aliud significa-
tur, quam peccatum in Spiritum sanctum nun-
quam remitti, id a Marco declarari ca. 3. 29. qui pro
hoc loquitur, & futuro, vno verbo dicit in aeternum.
Non ignoramus phrasim esse, quae idem valeat,
quod in aeternum; sed dicimus aeternum illud, quod
significatur, duas habere partes, hoc saeculum, &
futurum; & quod Marcus vniuersi dicit, id Mat-
thaeus per partes distribuit dixisse, quod nunquam
eum facturum fuisse contendimus, nisi ad vtram-
que partem, & praesens saeculum, & futurum pecca-
torum remissio pertinet. In septem enim est, qui
ita loquatur, non dicam vxorem, nec in hac vita,
nec in futura: cum in futura vxores duci non possint.
Si non credunt, proferant nobis aliquod ex sa-
cri literis exemplum, vbi eadem phrasim in rebus,
quae ad vnum tantum saeculum pertinent, vsurpetur,
& vincant: si proferre non possunt, haereticam suam
agnoscat, & fateatur. Rogat aliquis, quod &
haeretici Sadducaeorum & Pharisaeorum more, id
est non credentes, sed irridentes, nec vt credant, sed
vt calumientur, rogare solent, quomodo peccata
illa, praesertim grauissima, quibus in filium hominis
blasphematur, in futuro saeculo remittantur: cum
nostra sententia quisquis mortali oblitiscit peccato
vitam finit, non temporalibus Purgatorij, sed aeternis
inferni poenis condemnatur: itaque, si in hoc saeculo
peccata illi remissa sunt, in altero non remittuntur,
quia peccata non habet, quae remittantur, si
remissa non sunt, remitti in futuro saeculo non possunt,
quia clausa est remissionis ianua. Facilis est, & ex-
pedita solutio, in futuro saeculo remitti peccata di-
cuntur, non quod culpa, sed quod poena remittatur,
culpa prius in hoc saeculo remissa. Seio alia esse isto-
rum haesum, quod culpam retenta poena remitti
possit negent. Sed tam imperitus, & inconsideratus
error est, vt non vnus, aut alterius hominis, sed toti
us humani generis exemplo refutetur. Omnes enim
homines peccati originalis per baptismum remissa
culpa grauisimas, atque diuturnas tota vita poenas
lunt, famem, sitim, morbos, mortem, quae peccati
originalis poenas esse, & scriptura testatur, & ipsi
non negant.
33. *Aut facta.* Haec verba ad diuersas res, ac perso-
nas ad diuersos auctores referuntur. Hilarius, Chry-
sol. Euthy. & Theoph. referunt ad Christum, vt sensus
sit, cur aliter de me, aliter de meis operibus iudicatus
quomodo possit ego, si, vt vos putatis, peccator sum,
& spiritum immundum habeo, bona opera facite, quae
est, & demones ab hominibus expellere, egeos, sur-
dos, mutos, leprosos curare, mortuos suscitare: Aut
ergo

Haereticus ad
sua auctori-
tatem contra Spi-
ritum sanctum
causam
Purgatorij
contra Lu-
theranos &
Caluinistas
probat.

Personae Tri-
nitatis di-
stinctio.

Purgatorij
contra Lu-
theranos &
Caluinistas
probat.

Culpa sine
poenae remissionem
cur.

ergo facite me malum, & opera mea mala, aut me
bonum, & opera mea bona. Hieronymus ad dia-
bolum, quasi dicit, dicitis me in Beelzebub eiecerit
demonia, quomodo potest diabolus a bono ma-
la bonum fructum facere. Qualis est demonum ex-
pulsio; aut ergo facite arborem bonam, & fructum
eius bonum, aut arborem malam & fructum eius malum,
Beda ad vtrumque, arborem bonam ad Christum,
ad diabolum malam tanquam sensus sic quomodo
possum ego, qui sum arbor bona facere sentio
malos, id est opera diaboli, qui est arbor mala; aut
dicitis me esse bonum, & opera mea bona, aut me
esse malum, & opera mea mala. Ambrosij lib. 2. de
poenit. c. 4. arborem bonam Ecclesiam, malam Iu-
daeorum Synagoga; fructus malos ipsos Pharisaeos
interpretatur, vt si dicit, non potest mala mater
Synagoga bonos filios generare. Verus sensus mi-
hi videtur esse, quem multis locis D. Augustinus ex-
posuit lib. 2. de Domini in monte lib. 2. de Actis
cap. Felice Machabo cap. 4. li. 2. contra literas Petil.
c. 6. & ser. 12. de verbis Domini arborem & bonam &
malam ipsos Pharisaeos appellari: reprehendit enim
Christus eorum hypocrisim, quod cum bona arbor
videri vellent, malos tamen fructus facerent:
aut quod dum mala arbor essent, bonos videri vel-
lent fructus facere, iubetque aperte malos, aut a-
perite bonos esse. Potest haec sententia illi, quae ver-
proximo sequitur, videri contraria, quomodo potest
bona loqui, cum sitis mali? Itemque illi, quae est c. 7.
18. non potest arbor bona, malos fructus facere, neque arbor
mala bonos fructus facere, sed bene intellecta contra-
ria non est. Non enim dicitur hoc loco Pharisaei
mali bona, aut boni mala opera facere, quod factum
ferri non posse dicitur, quomodo potest bona lo-
qui, cum sitis mali, & in altero loco, non potest arbor
bona malos, nec mala bonos fructus facere: sed notatur,
quod cum mali sint, & videri velint boni, & sua o-
pera tanquam sancta, religiosaque probari.
34. *Progenies viperarum.* Haec sententia supra ex-
plicata a bonis est c. 3. 7.
Quomodo potest illi? Non negat absolute, & omni-
no posse, multi enim mali cum sint, bona loquuntur:
sed dicit, quod naturale, quod vltimum, quod
diuturnum est, ita enim natura comparatum: ita
morbis hominum conuenit esse, vt mali mala,
boni bona loquantur, ex abundantia enim cordis, os
loquitur. Si quando secus sit, id, & praeter naturam
& praeter consuetudinem accidit, & diuturnum est. D
se non potest.
36. *Omne verbum otiosum.* Constructio Hebraica
qua nominatiua redundat. Duo hic queri pos-
sunt, quorsum hoc a Christo dictum sit, & quid ver-
bum otiosum appelleretur. Omnes quos legisse me-
mini auctores, putant argumentum a minori ad
maius esse: perinde ac si dicat, si de minimo verbo
otioso, quanto magis de blasphemio, qual e vestri
est, quod dicitis me in Beelzebub eiecerit demonia
ratio in die iudicii reddenda erit. Verbum autem
otiosum appellari, quod nullam aut audientem, aut
dicentem adificationem vtilitatem afferat. Hier. Chry-
sol. hom. 43. Basilij in regulis breuior. inter. 23. Am-
brosij Psal. 38. Gregorius hom. 6. in Euangelia. Beda
in comment. Solus Theophyl. & Euth. calumnia-
torum, & fallum interpretantur, quod aliquos
etiam vetustiores auctores dixisse Chrysolito. as-
seruit. Suspicio ergo Hebraice scriptum fuisse
quod & fructus, & mendax, atque calumniatorum
significare potest, vt Exod. 10. 7. Graecum autem
interpretem verisus otiosum, id est frustra dictum,
alios interpretatos altera nominis significatione,
mendax, fallum, calumniatorum, quod magis vi-
deatur ad locum ad haec, quia Pharisaei non otio-
se modo, sed etiam calumniatorie, & mendaciter
de Christo loquebantur. Sed veterum auctorum
sententiam, quam coniecturam meam, camque ob-

A securam, & incertam amplecti malo; eo etiam ma-
gis, quod videtur Christus aliquo exaggerationis
genere vti, & non aliquid, atque admirandum dicere
voluisse: de verbis aut calumniatoris, de quo falsis
criminationibus in die iudicii reddendam esse ra-
tionem, neque hominum, neque admirabilem videri po-
terat.
37. *Ex verbis enim tuis.* Apparet hoc fuisse prouer-
bium. Et quidem Theophyl. scripturae testimonium
esse dicit. Forte illud quod legitur apud Iob c.
15. 6. Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua
respondent tibi. Quod autem ait, ex verbis tuis conde-
maberis, non ita intelligendum, quasi sola verba,
aut condemnatura, aut iustificatura vnum quemque
sint: multis enim aliis, aut iustificabimur, aut conde-
mnabimur argumentis, sed ita vt ad iustificandos,
vel condemnandos multos, qui bene aut male lo-
quuti sunt, sola ipsorum verba sufficiant: sicut prin-
cipale ille sacerdotum indistincti prorsus Christi cau-
sa dixit c. 26. 65. quid adhuc egerunt testibus? Ecce ad-
uersus blasphemiam. Nam vt illi Christum ex vno ver-
bo, quo se filium Dei esse significauerat, condemn-
atum sine alio testimonio iudicauit, ita ipse ex il-
lo solo verbo, quo Christum blasphemiam dixit,
etiam si aliud non haberet peccatum, damnari pos-
set. Nemo igitur nobis in fautes obiciat, qui prius
moriuntur, quam loqui possint. De his enim agitur,
qui bene, maleque loqui poterunt, & bene, maleque
locuti sunt. Sensus enim est adeo accurate omnium
rerum in iudicio reddendam esse rationem, vt vel
in minimo verbo factis Deus argumentum, vt homi-
C nes vel iustificet, vel condemnet, sit deprehensio.
Ridiculus est omnino Caluinus, qui hoc loco ridet
nos, quod hinc hominem non sola fide, sed verbis
etiam, & operibus bonis iustificari colligamus.
Quis enim hinc colligit? quis Catholicorum me-
dioriter doctus ignorat, non hic de iustificatione,
qua iusti efficiuntur: sed de iudicio agi sententia, qua
sumptim ex verbis nostris argumento iusti declaramur?
Non hoc vt solemus loco: factis habentis multa,
& factis manifesta testimonia, quibus eius here-
sim resollamus: Quamquam ne ille quidem locus,
si diligentius excutatur, atque versetur, inutilis no-
bis contra illum erit. Primum eodem modo ex
verbis iustificandi dicitur, atque damnandi. Dam-
nari autem non est declarari nos pro iniustis habi-
tos fuisse, sed fuisse reuera iniustos: ergo e contra-
rio iustificari non est declarari habitos fuisse pro
iustis, sed fuisse reuera iustos. Vbi ergo est signum
tuo impunitae iniustitiae? Deinde, cum ex verbis
nostris condemnatur, declaratur verbis ipsi-
s, quibus bene, pieque locuti sumus, facti fuisse iusti,
Ore enim confesso sit ad salutem, nec quicquam ad sa-
lute, praeter vnam iustitiam, aliquid valet. Rom. 10. 10.
39. *Generatio mala, & adultera.* Generationem
vocat Hebraico idiomate genus hominum: adul-
teram vero degenerem, quae a maioribus suis de-
generat, Hebraei בני בני filios alienos, id est, de-
generes, adulterinos vocare solent, vt Psal. 17. 46.
Fili alieni mentis sunt mihi, filii alieni inuenerat sunt,
id est degeneres facti, sicut plantae, quae vetustate
degenerant, & Psal. 143. 7. Libera me de aquis multis,
& de manu filiorum alienorum.
Et signum non dabitur ei. Ab omnibus querit-
ur, quomodo dicat Christus signum non da-
bitur ei, cum tam multa postea ab eo miracula fa-
cta sint. Respondent Chrysolomus, & Euthy-
mimus non fuisse illis facta, qui oblati erant, sed
alii, qui fructum erant ex illis percipienti. Alii
facta

Ridiculus
Caluinus in
hac m.

Error Calui-
ni in iustifi-
catione per
fidei. Etiam
vniuersitas in
sua ref. illi
cur.

Rom. 10. 10.

Fili alieni
in scriptura.

facta quidem fuisse, sed non quasi illi postulabant: quarebant enim signum de celo, vt Marc. c. 8. 11. & Lucas c. 11. 16. declarant, id est, vt Hieronymus ait, vel in morem Elizeum de sublimi venire: vel in similitudinem Samueles tempore alicui contra naturam loci mugire tonitruum. Alii meo iudicio simpliciter, & ad rem, de qua agitur, magis accommodate, non esse dandum illis signum, id est, illis petentibus, atque rogantibus: quia malo animo, & tentandi causa querebant. Hec enim ratio est, cur Deus aliorum sepe rogata signa dederit, Ezechie Ista. 38. 22. Gedeoni Iudic. 6. 17. 36. horum vero rogata non dederit, quia illi bono, hi malo animo petierunt. Quod vt Chrysostomus ebriauerit, ex verbis eadem ipsi eorum apparet: non enim rogant, sed quodammodo imperant, vt iam ad signum videret.

Nisi signum Iona Prophetae. Non inuenio, qui verum sensum huius loci, meo quidem iudicio, prater Hilarium attingerit. Nec enim vt omnes interpretantur, sensum esse arbitror, non aliud ad faciendum fidem diuinitatis suae Christum esse datum signum, quam, quod dicitur, sicut Iona, post tres dies, resurrexerit. Qui enim ita interpretantur, rationem reddere non possunt, cur Iona potius signum, quam tam multa sint, quam aliud nominauerit. Poterat Elias signum promittere, qui igneo in caelum curru subleuatus est, nec enim minus ascensum in caelum suo, quam resurrectione suam diuinitatem probare potuisset. At ne quaestionem quidem interpretet, quos legerim, attingerunt. Quae facile tamen occurrat, & adeo est necessaria, vt totus hic locus sine eius explanatione intelligi non possit. Non ergo loquitur Christus de signo ad per suadendum, sed de signo ad condemnandum: virtutem eleganti verbis ambiguitate, vt in multis aliis locis obseruauimus c. 10. 39. qui inuenit animam suam, perdet eam, & c. 8. 22. Nisi enim mortuos sepelire mortuos suos. Sic hoc loco Pharisaeos ambiguitate deludit. Cum enim ad credendum signum petant: respondet non esse dandum illis signum, quale petunt, vt credant, sed quale non petunt, vt condemnentur. Signum autem, id est argumentum, quod condemnabuntur, est, quod cum Niniuitae homines gentiles, & Barbari, nulla scientia legis excelsi ad vnum verbum Iona homines peregrini, & illi ignoti crediderint, & singularem egissent contentiam, illi tot Christi auditis exhortationibus, tot visis miraculis, non modo non crediderint, sed de monstra eum habere didicauerint. Hoc est, quod dicitur v. 41. Viri Niniuitae surgent in iudicio cum generatione ista. Illud hoc interpretati contrarium videri potest, quod statim, quasi explicans, quo sensu signum Iona prophetae appellauerit, dicit, sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis, &c. Respondet de hac explanatione nihil aliud Christum docere voluisse, quam se esse Iudaeis, quod Iona fuerat Niniuitis, eo etiam maiorem, quo maius est mortuum resurgere, quam euomi daturatum; & tamen Niniuitas Iona credidisse, Iudaeos sibi non credere.

40. Sic erit filius hominis. Cur filius hominis appellatur, diximus c. 8. 20. In corde terra. Beda, & Euthymius corde terra sepulchrum intelligunt, quae hodie est Caluinista non interpretantur, hoc interest, quod illi bono, vt mortem significent, hi malo intellexerunt animum, vt formam alterum errorem confirmant. Christum ad inferos non descendisse. Nos non solum sepulchrum, sed etiam inferum significari contentimus, quo vere Christus descendit, vt in omni semper Ecclesia, tanquam pars fidei Catholicae, creditum est. Id primum ex ipsa phrasi probare possumus. Nam בבל in corde pro

in medio, dicitur Hebraei, quia in medio animalis cor est Psal. 45. 3. prospera non timebimus, dum stabimus terra, & transierint montes in corda nostra. Inferno vero, non sepulchrum in medio terra est. Deinde, quid cauisi, cur de nemine alio dictum sit, in corde terra fuisse, cum tam multi in sepulchro fuerint, si cor terra sepulchrum significat? Cur nemo, prater Christum, dicitur non solum in sepulchrum, sed & inferos, id est in infernas partes terra descendisse ad Ephel. 4. 9. nisi quia non solum in sepulchrum corpore, sed etiam in infernum anima descendit? Denique, qui in carcere tenentur, hoc est in medio terra praedicantur. I. Petri 3. 19, quod certe non in sepulchro fecit, sed in inferno. Nam Theodorici haereticus in eum locum interpretatio tam est inepta, vt non timeamus, ne cui persuaderi possit, & eam eo loco, si Deus iuuenit, refutabimus.

Tribus diebus, & tribus noctibus. Plerisque hie loco multo, quam est, diffusior videri solet. Nec enim Christus tres, sed vnum aut, vt plurimum duas noctes in sepulchro fuisse creditur; feria enim sexta sepultus ante diem Dominicum, quae prima sabbathi vocabatur, resurrexit cap. 28. 1. Mar. 16. 2. & Ioan. 20. 1. Nec satis fecit illis, quod ab omnibus vetulis auctoribus dicitur est, Augustini, epistola, 49. q. 6. Hieron. hoc loco & in commentarijs in 2. Iona, & Beda, Theophylactes hoc esse, quo prototo pars ponitur; nam neque Christum tres integras noctes, nec partem trium noctium in sepulchro iacuisse. Cur non intelligat, causa est, quod diebus noctes distinguunt, cum sine potius cum illis coniungenda? Quod enim dies, & noctes distincte nominauerit, non ideo fecit, vt videntur existimare, vt tres integros dies, & tres integras noctes, sed vt tres naturales dies significaret, & eos ad vnum Iona, vt vocant, diebus distingueret: haec enim phrasi dicitur, & noctes illi Hebraei naturalem diem, qui viginti quatuor horarum est, declarare. Gen. 7. 4. 12. Exod. 24. 18. & 34. 28. Deut. 9. 9. 11. 18. 25. & 10. 10. & 1. Reg. 30. 12. & 3. Reg. 19. 8. Firmus ergo dixisse tribus diebus naturalibus, nemo dubitaret per synecdochen intelligendum tribus diebus fuisse, quia trium dierum per aliquam partem fuit: partem scilicet sextae feriae, totum sabbatum, & partem primae feriae. Cum enim Iudaei ad vesperem diem inchoarent, nox sabbathi in die Dominico, qui tertius est, numeratur. Cur ergo eodem modo dubitant intelligere, qui tribus diebus, & tribus noctibus dixit, cum nihil aliud hie verbis voluerit, quam tres naturales dies significare?

41. Viri Niniuitae. Quod quidam ex haereticis dicit interpretari, quia de signo Iona prophetae mentionem Christum fecerat, in mentem illi venisse, vt de Niniuitis loqueretur, nimis ineptum, periculosum est. Deridetur enim, si rogetur, qua occasione Regina illi Saba venerit in mentem, cum de Salomone mentionem non fecisset. Ergo, vt diximus, explicatio haec est signi Iona prophetae. Sed, quia exemplum Reginae Saba simile esse videbatur, hoc eum illo commixit.

Surgent. Non ad iudicandum, vt omnes, quos legit interpretantur, recentiores praesertim Theologi, qui hoc de iudicio, vt vocant, comparationis, exponunt. Nec enim iudicis est surgere: sed sedere. Sceleribus inquit, super duodecim sedes iudicantes duo decim tribus Israel cap. 19. 28. Sed surgent ad accusandum: accusatoris enim est surgere. Eodemque modo intelligendum, quod statim sequitur, & condemnabunt eam. Non enim iudicandum, sed accusandum condemnabunt. Nam & accusator condemnasse reum dicitur, cum in iudicio non conuicit, vt ob eius accusationem condemnaretur. Accusabunt autem, & condemnabunt non verbis, sed exemplo, quia cum Iona ipsi crediderint, Iudaei

dai Christo non crediderunt. Itaque non surgent, sed vt ceteri stabunt: loquitur tamen Christus accommodata ad consuetudinem fori. Alio sensu solent dicere Hebraei, in iudicio surgere, id est intrepidum stare, bene causam suam defendere, causa non cadere, vt Psal. 15. Ideo non resurgent in iudicio. Quod Latini vno verbo dicunt stare: Cum pulcherrime, inquit ille, in senatu starem.

42. Regina Aethiopiae. Meridionalis, quae in Meridie dominabatur, periphrasis est reginae Saba. 3. Reg. 10. 1. 4. 10. 13. & 2. Par. 9. 1. 9. vnde constat longe illam, lateque imperium habuisse; non n. alio qua a tota mundi Meridionali plaga; sed ab ea ciuitate, in qua regiam habebat, vt scriptura aliis locis facere solet, appellasset. Quod a Christo certo consilio factum arbitror, vt eius Reginae maiestatem, & amplitudinemque declararet. Pertinebat enim ad rem, vt Regina Saba potentia declararetur, quo magis eius commendarentur factum; quod tanta Regina tam longe veniet, vt Salomonis sapientiam audiret. Notanda enim vis, quae in singulis inest verbis, & tacita quaedam inter Christum, & Salomonem; inter Iudaeos, & Regiam aethiopicam. Regina, femina, barbara, potentissima, a finibus terra venit, vt audiret sapientiam Salomonis, hominis mortalis, ceterorum similis, vt audiret sapientiam humanam, vtique non diuinam; non vt miracula videret, quae nulla fecisse Salomonem legitimus. Iudaei, Pharisaei, viri non solum docti, sed doctores legis venientes ad se dominum, filium Dei, & diuinam sapientiam thesaurore fundentem; inauditaque eorum illis miracula facientem contemnant. Non opus est lectorem mediocriter doctum ad monere, Saba, vbi haec dicitur in scriptura fuisse Regina, non illam. Orientalem ferunt, vnde Sabaei thure nobiles dicti sunt populi; sed alteram Meridionalem in Aethiopia, ciuitatem regiam, de qua Ilias c. 43. 3. quam postea Cambyles fororis suae nomine Meroem appellauit. Auctor Iosephus lib. 2. antiquit. cap. 10. Strabo lib. 16.

43. Cum autem immundus spiritus. Lucas c. 11. 24. hoc ante ea, quae supra Matthaeus dixit, narravit; sed cum exposuerimus, quoribus hoc Christus dixerit, apparebit non Lucam, sed Matthaeum verum gestarum ordinem tenuisse. Ideo, vt opinor, Christus hoc dixit, vt doceret peiores esse Iudaeos, quam si nunquam Dei legem, & cognitionem accepissent. Cum enim per legem diabolus quodammodo ab illa eiectus esset, quia edocti per legem sunt Deo vniuersi; non idolis, non diabolo seruare contempta Dei gratia digni facti sunt, vt septem in eos pro vno immundo spiritu, spiritus ingrederentur. Huc tota tendit parabola, vt Hilarius, Hieronymus, & Beda exposuerunt. Quaquam Chrysostomus, & Theophylactes, longius a sensu descendentes de excidio vrbis Ierosolymitanae interpretantur; quasi Christus dicere voluerit Iudaeos ab exilio Babylonico liberatos, & restauratos priore templo multo grauius excidium, exiliumque passuros esse, quod oblatam per se Dei gratiam fastidiosis, arrogantique contempserunt. Hoc, inquam, etsi verum est, tam elongius abest a sensu. Nec enim dubito, quin voluerit Christus rationem reddere, cur Pharisaei non crederent; quod septem daemonibus, id est in reprobum sensum, ob contemptum Dei gratiam traditi essent. Solum enim Christus incredulitatis eorum similem aliis locis rationem reddere. Omnis, inquit, plantatio, quam non plantauit pater meus, radicabitur c. 15. 13. & nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum Ioan. 6. 44. & Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis Ioan. 8. 47.

Ambulat per loca arida. Hoc ad allegoriam plerique referunt, quia loca arida Gentiles appellat, & eos omnes, qui Dei cognitionem culti non sunt, in qui

bus non contentus spiritus immundus commorari, quod eos sibi iam obstrictos tenet; eos quatit, qui, cum scientiam Dei habuerint, contemptum; maius luerum, ratus vnum ex illis peruertere, quam in aliis multis pro suo arbitrio dominari. Ego Christum de diabolo, tanquam de homine, loqui existimo; solent enim homines domo sua pulsi huc illuc per sola, desertaque loca vagari, vt sedes sibi quarant, quas commodas non inuenientes in priorem domum reuertuntur, eamque vacuum, & a nouo habitatore paratam, ornataque reperientes, multo in ea commodius, quam antequam ea expellerentur, habitant. Quod autem ait verficul. 45. tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, nihil aliud significat, quam eos, qui operti sunt, si quando contempta diuina gratia, mali fiant, pessimos fieri solere; quasi pro vno spiritu immundo, qui prius quam boni fierent, in illis erat; septem in illos ingrediantur. Septem autem Hebraeorum consuetudine pro multis positum, certum numerum pro incerto. Cuius rei, quia multa, notaque sunt exempla, non recenseamus. In eo etiam de spiritibus immundis, tanquam de hominibus loquitur; quod dicat vnum alios ad eandem habitacionem inuitare. Propterea enim vocat, non vt se, nec iterum expellatur, eorum praesidio defendat, vt Chrysostomus, multique alij exposuerunt. Summa est diabolus in istis, qui boni aliquid quando fuerunt, & mali sunt libentius, & quodammodo commodius habitare, quia domus ornamenta, id est meliorum cognitio, excelsum scientiam diuinarum rerum ingratam, & si qua suae eiusmodi, quae Deo parata fuerant, illi seruauit. Sic sunt posteriora eorum peiora prioribus. Experimur hoc quotidie. Nulli peiores sunt haeretici, quam qui, cum boni aliquando Catholici fuissent; diuinam aspernati gratiam, & Catholicae fidei simplicitatem, quasi cibum lenis in am fastidientes, vt iuxta ollas carnum sederent, haeretici facti sunt, id est in Aegyptum, vnde per fidem exierant, perdita fide redierunt. Nulli peiores Catholici, quam qui, cum aliquando religiosissimi fuissent, non bene tenuerunt, quod habebant. Vt verissime dixerit Augustinus, se non vidisse meliores, quam Epist. 137. qui in monasterijs profecerunt, neque peiores, quam qui a monasterijs defecerunt. Conuersi sunt, inquit Dauid, Psal. 77. 57. in arcum prauium, id est in modum arcus duri & manus non obediens, qui si forte retendatur; aut vi, & impetu suo ruptur, aut in peiorem formam, quam in qua, antequam tenderetur, erat, certe reuertitur.

46. Euenit mater eius, & fratres. Fratres Christi quidam filios Ioseph ex Beata Maria Christi matre interpretati sunt, quos nato iam Christo peperisset. Quae fuit haereticis Heluidij satis superque ad Dio Hieronymo scripto aduersus illum libro refutata. Alj filios Ioseph ex alia vxore, quam antequam Dei inuenerat duxisset, habuisse. In qua opinione omnes praeter auctores Graecos fuerunt, idcoque opus non est singulos nominare; monere modo lectorem volumus, vt, cum Graecos legit istud caueat. In eadem est sententia ex Latinis Hilarius, & Ambrosius, qui plerique in rebus Graecos imitabantur auctores. Hos non miror, recentissimos quosdam, & doctos, & Catholicos miror eam opinionem tenuisse. Vera sententia est, quam Hieronymus validissime probauit, fratres Christi consobrinos, & cognatos eius appellari, quales erant Iacobus minor, Ioseph, Iudas, & Simon, vt explicatur capite decimo tertio, 55. Filios fuisse fororis Mariae Virginis, quae & ipsa Maria vocabatur, Iacobum quidem, & Ioseph constat. Nam Mariam Cleophae, filiam, Alphae autem vxorem Ioannes vocat fororem matris Domini capite decimo nono, 25. Eandem vero Matthaeus c. 27. 56. & Marcus 15. 40. Mariam

Cer in scriptura prem dit.

Cic. l. 1. 19.

Quomodo Christus dicit, & c.

Duplex Saba in scriptura.

Inter haereticos peiores monachos po haia.

Quinam fratres Christi.